

Handwritten text, possibly a signature or title, located at the top center of the page.

GLORIOSIS NATALIBUS

Quos

Serenissimus & Potentissimus Princeps ac Dominus

DN. FRIDERICUS GVILIELMUS,

Marchio Brandenburg. S. R. I. Archi-Camer.

& Elector. Heros incomparabilis &c. &c. &c.

Ex

Serenissima Celsissimaq; Principe ac Domina

DN. L V D O V I C A,

Principe Auriaca, Comite Nassov. &c. &c. &c.

Heroina Illustrissima

SECUNDO GENITO SERENISSIMO FILIO

Suo magnificentissimè celebrat

Quibusq; in publicâ Panegyri solemnî Oratione gratulabatur

die. 2. Maij 1655. in incluta Universitate Rostochiensi

Vir Clarissimus

DN. JACOBUS HELVVIGIUS, Ph. Mag.

dicatus Scazon.

à

CONVICTORIBUS.

ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.



Icina Tu Borystenis solo gaude
Borussia, & tu Brandenburgici
tellus

Superba Principis, medullitus
firmum

Deprome gaudium. Remotus
applausus

Dolore cuncto jubilumq; prolixum
Edatur à TE Clivix atq; Stettini
Agelle, clare fertilissimis campis.
Dum Sarmatarum Rex rebellium terror,
Russum decus fidelium, jubar Regni
Latatur intimè. Vianda jam pugna
Dat signa gaudii piissimi. Natus
ILLUSTRIS HEROS, fasciumq; successor
Domus paternæ sidus, & decus mundi:
Impleta spes, quam ardentioribus votis
Optavit omnis Marchiæ bonus Civis,
Petiitq; quem suspiriis soboles Magni
Ducis FRIDRICI maximiq; Dynastæ.
Lustrum peractum & quinquies coruscus Sol
Per flammei palatium poli augustum
Cucurrit indefessus, inquires, certus:
Cum, vah dolor! columna Principum firma
Ex Brandenburgicis rueret brevi lapsu
Cum sæva Parca fila rumperet vitæ
Et membra parva conderet tua **WILHELME**
HEN-

HENRICE; tum lugebat incluta Dynastæ
Aula, & solutis gaudiis meritò flebat
Induta nigris vestibus cohors omnis.

Sed nunc (Tibi supreme JOVA sint grates
Et jure debentur) quod OPTIMUM PATREM
Itrum beasti PROLE bellulà. Salve

Salve, PUELLE, illustrius DEI pignus
Terris datum, sanguisq; Regum avitorum
Tu gloria es paterna, splendor & Gemma
Amorq; subditi. O future TRAJANE!

Sic est quidem PRINCEPS FRIDRICE
WILHELME

Fortis, potens, clemens, generose & illustris,
Phlegon refulgens hancce purpurans terram
Fulgore splendido recreans chaos mundi,
Si mergeret sese semel gelido ponto,

Nec surgeret dein recens tenebris pulsus,
Quid commodi mortalibus dies una
Afferret? atq; sic revocantibus fatis

Si Principem mori ultimus dies vellet
Nec ille haberet pignus è thoro charum,
Cui sceptrum regni traderet Coronamq;

An non gravaretur minister & duro
Sub Principis jugo peregrini & insciti
Gemisceret? Felix ter & amplius TU DUX

Tu Principum Germaniæ rutilans Stella;
Hæres adest, regno tuo datus, justus.

Hinc nos TIBI gratamur, INCLUTE DYNASTA,
Submissiori mente, corde devoto.

Et Tu, PUELLE ILLUSTRIS, ad patriam coelum

Serus

Seruis tuam tandem redeas: erisq; olim
Atlas futuri imperii, mali Vindex,
Promotor æqui, columenq; Musarum.
Viresce, flore lætus, impiger, salvus.
Laudamus & propositum tuum, Clare
Magister HELWIGI, Colende vir nobis,
Quod prospera tuo Principi precatus sis
Quam plurima in cætu Patrum Scholæ nostræ.
Jungamus eja vota nostra. Regnator
Summi poli, Tu fac ratas preces nostras.



Hist. Boemus, 13

